



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118790**

§. 180. Turcæ a Persis profligati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67204)

Sæc. XVII. licet pretio emere, vel bellum novum  
 A. C. 1605. fœderibus initis redintegrare oportebat, id suadente ipsa publici communitisque periculi necessitate, quæ ipsa etiam brutas animantes societate quodam adstringere solet.

## §. CLXXX.

*Turcæ a Persis profligati.*

*Sagredo  
 Mem. hist.  
 ad hunc ann.  
 Calmet hist.  
 univers.  
 lib. 153.*

Hæc dum in Hungaria gerebantur, Persæ in Ottomanici Imperii fines victricia sua circumferebant arma; hi enim Cicalam Turcarum Belliducem, quem Achmetes novus Imperator denuntiato bello cum valido exercitu in Persidem decreverat, tanto impetu aggrediebantur, ut Turcæ ruptis ordinibus pedem præcipiti fuga referre cogentur, hosti relictis omnibus belli tormentis, cunctisque sarcinis. Hac clade territus Cicala Sultanum impense rogabat, ut Alepum vel Damascum progressus sua ipsius præsentia militum animos erigeret: cum autem Achmetes ad hæc preces surdas præberet aures, paulopost die vigesima quinta Novembris Cicala rursus prope Taurisum in Persarum copias numero longe inferiores incidit, brevique res ad prælii necessitatem devenit: atrox utrinque ac in integrum diem protracta pugna, æquato

quato diu utriusque partis damno ac <sup>Sæc. XVII.</sup> A. C. 1605.  
 decore, tandem vero versa est pugnæ  
 fortuna, dum sole jamjam ad occasum  
 declivi tempestive duodecim Persa-  
 rum Equitum millia in opem vene-  
 rant. Tunc enim Persæ subditis cal-  
 çaribus tam ferociter in hostem pro-  
 ruunt, ut Turcæ, cum ordines suos  
 redintegrare haud possent, tumultuaria  
 fuga sese ex acie abripere, atque Diar-  
 bechiam usque, quæ civitas est decem  
 dierum itinere Taurisio dissita, retro-  
 cedere cogentur, amissis omnibus  
 tormentis, totoque belli apparatu. Ce-  
 cidere Turcarum triginta millia, atque  
 inter eos Damascenus Bassa, & novem  
 Supremi Provinciarum Præfecti cum tri-  
 ginta fiduciarii Equitatus Ducibus. Hac  
 clade Ottomani tantopere fuerant at-  
 triti, ut totam longe lateque Regionem  
 Persarum arbitrio cedere fuissent co-  
 acti, si victores, humanæ felicitatis vi-  
 tio, quæ semper ex prosperis luxuriat,  
 fugitivos insequi non destitissent, in  
 opimam, quæ relicta est, prædam li-  
 centiosius effusi.

§. CLXXXI.

*Federati prope Antverpiam a Ca-  
 tholicis profligati.*

Post-